



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 19. Continuatæ Sessiones Romanæ in causa quinque Propositionum  
Jansenii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

nabrugensi & Monasteriensi pacis in-  
 frumento confirmavit, quamvis Scipio  
 Heius Apostolicæ Sedis Nuntius ac Pi-  
 fanus Archiepiscopus adversus omnia  
 ea, quæ tam in Westphalia quam Ra-  
 tisbonæ in damnum Ecclesiæ Romano-  
 Catholicæ decreta fuissent, palam re-  
 clamasset. Porro in iisdem Comitibus  
 Poloni auxilia contra Cosaccos pete-  
 bant, ob infirmam tamen Imperii con-  
 ditionem repulsam ferebant, die deni-  
 que quarta Augusti Eleonora Impera-  
 trix a Moguntino Electore coronata est,  
 rursus sese opponente Coloniensi E-  
 lectore.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1653.

§. XIX.

*Continuatæ Sessiones Romanæ in caus-  
 sa quinque Propositionum  
 Jansenii.*

Hoc item anno die decima tertia, de-  
 cima quinta, & vigesima Januarii  
 tres habebantur Sessiones, in quibus  
 quinta Jansenii propositio ea profecto  
 diligentia, qua major desiderari haud  
 posset, fuit discussa; altera die habeba-  
 tur Congregatio, cui tamen Janseniani,  
 licet sæpius a Cardinale Spada invitati,  
 adesse noluerunt. Postquam die vige-  
 sima septima ejusdem Mensis Episcopo-  
 rum Deputati, prout Cardinalis Spada  
 eis

*Wadingh.  
 defens. de  
 l'Eglis. Rom.  
 pag. 415.  
 Hist. des  
 cinq. Prop.  
 lib. 1.  
 Vid. supra  
 lib. 102.  
 §. p. 777.*

**Sæc. XVII.** eis denuntiaverat, ad publicum Cardinalium & Consultorum confessum admissi fuere, ex illis prior Hallierus satis erudito sermone adversus Jansenii & sequacium doctrinam, mores & vitam perorabat, simulque de iis querabatur, quod Parisiis Sorbonam & Hibernos eorum sententiæ adversantes divexarint, atque ad Regium Senatam provocarint; tandem vero impense rogabat, ut Pontifex notas quinque propositiones condemnaret. Finita Hallieri oratione reliqui duo Oratores suas quisque rationes exposuere, atque in unica Sessione totum negotium absolverunt. His auditis Sessio sequens ad diem tertiam Februarii indicta est, qua Albizius Congregationis Secretarius Consultorum suffragia palam prælegit, ubi deprehensum, quod omnes in sensu Jansenii cunctas quinque propositiones perstrinxissent, exceptis Viscontio Augustinianorum Generali, Vincentio Candido, & Pretio Dominicanis, & Luca Wadingho, qui palam declararunt, quod Jansenium censuris notare haud vellent. Die autem decima quarta ejusdem Mensis Cardinalis Chisius Santamoreo objecit, quod spreto Pontificis interdicto ipse, ejusque socii in suis scriptis controversiam de auxiliis innovari sategissent: ad hoc autem respondit  
Santa-

Santamoreus, sine hujus argumenti Sæc. XVII.  
discussione de quinque propositionibus A. C. 1653.  
recte judicari haud posse, seque sperare,  
Papam in disputationis progressu de hu-  
jus discussionis necessitate convictum  
iri: petere autem, ut præfatæ propo-  
sitiones non in *abstracto*, sed cum di-  
stinctione sensuum, & spectata substan-  
tia doctrinæ controversæ notarentur:  
Sub idem tempus Pontifex omnia Con-  
sultorum suffragia, cunctaque in hac  
Congregatione agitata ipse discussit,  
& per Ginettum Cardinalem Deputa-  
tis significari jussit, quod proxima die  
decima Martii eorum rationes ipsemet  
excipere vellet. Præfixa igitur die præ-  
sentibus quatuor Cardinalibus Deputa-  
tis, cunctisque Consultoribus Pontifex  
declarabat, quod perlectis, discussis-  
que Consultorum suffragiis præsentis  
controversiæ momenta plene quidem  
affectus esset, ne tamen inauditis par-  
tibus ad nudam aliorum relationem  
causam decidisse redargueretur, om-  
nes Deputatos ipse audire eo fine con-  
stituisset, ut demum implorato Dei au-  
xilio per publicas preces in tota urbe  
decretas Ecclesiæ tranquillitatem sua  
decisione a Franciæ Præsulibus & uni-  
verso Christiano orbe tantopere exorata  
ad Religionis emolumentum reddere  
valeret. Postea Pontifex in prima Con-  
grega-

Sæc. XVII. gregatione declarabat, nolle se, ut ul-  
 A. C. 1653. lum omnino præjudicium doctrinæ SS.  
 Augustini & Thomæ inferatur. Absol-  
 luto Pontificis sermone Albicius pri-  
 mam prælegit propositionem, circa  
 quam Consultorum quisque suam præ-  
 ferebat sententiam, censentes, illam  
*in sensu Jansenii esse erroneam, ac hæreti-  
 cam, vel saltem hæresi proximam*: Ex ipsis  
 autem hisce Consultoribus illi quatuor,  
 qui jam in Congregatione die tertia Fe-  
 bruarii habita Jansenio favebant, rur-  
 sus aut Jansenium excusarunt, aut eas  
 propositiones in Jansenii sensu damnare  
 renuerunt. Nihilominus Pontifex Mense  
 Martio & Aprili decem omnino Sessio-  
 nibus immota patientia per integras  
 quatuor horas semper interfuit, die au-  
 tem septima Aprilis in postrema Ses-  
 sione Cardinalibus præcepit, ut priva-  
 tim inter se conferrent, qua ratione  
 cum illis Deputatis, qui pro Jansenio  
 & quinque Propositionibus starent, a-  
 gendum censerent: Hi igitur die de-  
 cima octava ejusdem Mensis collatis  
 inter se consiliis judicarunt, nil magis  
 expedire, quam ut illis Pontifex, præ-  
 sentibus Cardinalibus & Consultoribus,  
 publici conventus copiam offerret.

Interim vero Pater Desmaresius  
 Congregationis Oratorii Sacerdos, &  
 Manesierus Sorbonæ Doctores Broussé  
 sub-

subrogati Romam venerunt, ac per Franciæ Legatum ad summum Pontificem introduci petierunt. Hi ergo die quarta Maij concessa alloquii copia Pontifici exponebant, se in ceterorum Deputatorum subsidium a Franciæ Episcopis esse submissos, eorumque nomine impensius efflagitare, ut cum suis æmulis atque adversa parte coram sua Sanctitate disputare, suaque scripta mutuo conferre permitterentur: ad hæc vero reposuit Pontifex, quod perperam supponerent, se habere partem sibi adversam, cum nec ageretur de lite dirimenda, nec Episcoporum Deputati in *contradictorio*, ut vocant iudicio, audiri petiissent, nec oppositam partem agere intenderent, sed unice de notandis propositionibus quibusdam pertractari peterent: de cetero autem per disputationes, quæ in infinitum protrahi possent, pacem Ecclesiæ reddendi spem quidem superesse nullam, nihilominus se eos audire, eorumque scripta perolvere paratissimum fore. Accepto hoc responso Deputati, ut Papæ iussis obtemperarent, sese eidem sistere decreverunt, quamprimum illos nulla parte præsentem, accersitos audire ipsi placuerit. Die igitur decima nona Maij quinque præfati Deputati coram Pontifice, Cardinalibus, & Consulto-

Sæc. XVII.  
A. C. 1653.

*Hist. Eccles. Tom. LXII.* D      ribus

Sæc. XVII. ribus ad alloquium admissi comparuerunt, ubi Abbas de Lalane per integram ferme horam perorans declarabat, quod instigantibus Jesuitis, nec non Episcoporum Deputatis, quos mala fide, abjectoque pudore in rebus ad fidem spectantibus egisse insimulabat, quinque hæ propositiones unice ad evertendam S. Augustini doctrinam & auctoritatem consarcinatæ fuissent, postmodum sermone ad binas circiter horas protracto idem Abbas Pontifici de quinque novis scriptis, quæ ipsi in Jansenianæ doctrinæ favorem composuissent, præviam cognitionem præbere fategit: absoluta autem ejus oratione tandem Pater Desmaresius pluribus demonstrare nitebatur, quod sola gratia ex se efficax ad omne bonum sit necessaria, omnisque alia gratia præter istam non sit Christi, sed Pelagii gratia.

## §. XX.

*Scriptum a Jansenii Defensoribus summo Pontifici oblatum.*

Postquam P. Demaresius suum sermonem longius protraxerat, atque ingruentes noctis tenebræ ipsum præpedirent, ne textus in sententiæ suæ favorem allegatos prælegere posset, summus Pontifex huic Sessioni finem imposuit.